



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

XV. Diuisio auxilij moraliter, vel physicè adiuuantis, exponitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)

Quando verò est in hoc posteriori statu, propriè dicitur adiuuans, sumit autem hanc denominationem ab ipso actuali adiutorio, ut dicebam: nam sicut agens hanc denominationem sumit à sua actione, ideo non est propriè agens, nisi quando est in actu secundo, ac proinde per denominationem ab ipso actuali adiutorio vocatur adiuuans. Nihilominus tamen, quia illud principium de se est gratia data ad iuuandam potentiam etiam in primo statu quando est in actu primo, potest dici gratia adiuuans, cum illa declaratione, seu limitatione per modum principij. Vel certè dicitur gratia adiuuans, nam hæc vox magis actum primum, quam secundum significare videtur, id est, principium de se aptum ad iuuandam potentiam, cum voluerit operari. Et ita breuitatis gratia loquimur. Nam licet in præfati libro de actuali gratia, & auxilio præcipuè tractemus, non potest satis influxus gratiæ adiuuantis sine suo principio explicari, & ideo de vtroque dicendum est.

piante, minante, promittente, sed spiritu exhortante, & illuminante, adiuuante. Et cap. 12. Sic vos scitote agere, ut sit rector spiritus, & adiutor: regere autem, & exhortari morales modi causandi sunt, & de illis etiam explicat verba Christi: *sine me nihil potestis facere*. Et eandem causalitatem præbet vocationi lib. de prædestinat. Sanctior. cap. 15. & cap. 19. ait, *illa vocatione, quæ sine penitentia est, id prorsus agitur, & peragitur, ut credamus*. Aliis vero locis explicat hanc causalitatem per modum suauis inclinationis, vel tractionis, quia per vnum affectum ad alium inclinamur, quæ moralis etiam inductio est. Atque ita sermone secundo de verbis Apostoli. capite secundo dicit suauitatem quam gratia infundit, esse spirituales tractiones, & libero secundo de peccator. merito cap. decimonono dixit hanc gratiam esse victicem delectationem.

Aliis verò locis generaliter dicit gratiam nos iuuare miris, & occultis modis, sic lib. 1. contra duas Epistolas Pelagian. cap. 19. *Trahitur, inquit, voluntas miris modis, ut velit ab illo, qui nonit, intus in ipsius hominum cordibus operari*. & lib. 5. Confess. cap. 7. & 8. de se ipso suaque vocatione loquens dicit, *Egisti mecum miris, & occultis modis, tu illud egisti Deus meus: nam à Domino gressus hominis diriguntur, & viam eius vult*. Hos autem modos in particulari declarat lib. de don. persever. cap. 14. *Quia ostenduntur mentibus congrua signa, aut verba, & lib. de corrept. & grat. cap. 15. vtilem ait esse correptionem, quam intus adiuuat Deus, & ibidem addit hoc facere Deum diuersis, & innumerabilibus modis, & lib. 2. de peccator. merit. cap. 17. omnes hos modos reducit ad illa duo capita, quia per gratiam sit ut non lateat quod iustum est, vel ut suauis fiat quod non delectabat. Vtrumque autem pertinet ad causalitatem moralem, quia per cogitationem allicuit voluntas, & per suauitatem fit amabilius operatio. Et inde etiam fit, ut talis iudicetur, quia sicut vnusquisque affectus est, ita de rebus iudicat, iuxta axioma Aristotelis. Qualis vnusquisque est, talis finis sibi videtur. Et simili modo explicat hoc adiutorium gratiæ cum Prosper lib. 2. de vocat. gent. cap. 9. alias 26. vbi sic vult dicit hanc gratiam non esse violentam, quia moris suadendo, exhortando, terrendo, incitando, dando intellectum, inspirando consilium, cor illuminando, & fidei affectionibus imbuendo, quæ omnia verba moralem inductionem, & causalitatem manifestè significant. Et similibus vocibus vtitur, licet breuius, Cyrillus lib. 4. In Ioan. cap. 6. & 7.*

Ratio autem huius causalitatis ab eisdem Patribus indicatur, quia homo in actionibus suis non ducitur, neque mouetur, ut quid inanime, vel ut brutum, sed ut liberè se moueat, & agat, & ideo adiutorio morali indiget proportionato libero consensui, ad quem inducitur. Quam rationem indicauit Concil. Trid. sess. 6. cap. 5. adiudicant. cto can. 4. Et declarari amplius potest, quia homo indiget gratia adiuuante propter infirmitatem, & ignorantiam ex peccato originali contractam, ex qua difficultas bene operandi oritur, quæ difficultas non solum in bonis operibus naturalibus inuenitur, sed etiam opera supernaturalis ordinis redundat, quibus accrescit alia in proportionem, quam habet natura in suo præcisè ordine spectata talium operum supernaturalis ordinis. Hæc tamen difficultas magna ex parte moralis est, & per moralia media vel minus, vel vinci, & superari debet, ut libero, & naturali modo vinci possit, sicut lib. 1. & 2. satis explicatum est. Ergo auxilium moraliter adiuuans maxime necessarium est.

CAPVT XV.

Diuisio auxilij moraliter, vel physice adiuuantis, exponitur.

Considerandum vterius est duobus modis posse hominem iuari in operibus gratiæ, moraliter scilicet, & physice. nam hi duo modi causandi locum habent in operibus gratiæ: nam sunt opera moralia, & physice sunt à nostris potentis, idèque vtroque modo vocari possunt per gratiam, imò verumque adiutorium est illis necessarium secundum catholicam doctrinam. Et in primis de adiutorio morali probatur primò, quia causalitas finis moralis est, quia eius motio est metaphorica, & solum attrahit alliciendo, & inuadendo, & ideo finis dicitur quasi primum principium in moralibus, imò alia causa, quæ morales reputantur, licet ad efficietes reuocentur, ut dicitur per sunt causa consules, imperans, & similes, ideo dicitur moraliter causare, quia finalem causam imitantur, & illam aliquo modo ad causandum iuuant, illiusque pulchritudinem, vel bonitatem magis ostendendo, vel aliis motibus ad illam alliciendo. At verò gratia omnibus his modis adiuuat voluntatem nostram, ut ex locutionibus Augustini & Prosperi, cum testimonis Scripturæ, quæ illi allegant, probari facile potest. Nam ex parte obiecti, seu finis explicat hoc adiutorium Augustinus tract. 26. in Ioan. dicens, *Ranum viridem ostendit qui, & trahit illam, ut explicet hoc modo trahi voluntatem per gratiam*. Vnde concludit, *Veritate reuelatio ipsa est attractio; quid enim fortius desiderat anima, quam veritatem*.

Idem colligitur ex eodem Augustino lib. de spiritu. & liter. cap. 34. vbi dicit, non ita esse Deum causam malæ voluntatis, sicut bonæ, quia visoriam suauitatem agit Deus ut velimus, & ut credamus, &c. Idem morali modo inductionis moralis, & ex parte obiecti. Et ibidem addit modum agendi per suauitatem, & vocationem, quæ pertinent ad causalitatem moralem effectiuam, & ideo dicta q. 2. ad Simplicianum, vocationem appellat effectricem bonæ voluntatis. Et eodem modo loquitur lib. 83. questionum in 68. vbi inter alia habet, *quia nec velle quisque potest, nisi admonitus, & vocatus, idè & ipse velle Deus operatur in nobis*. Ex eodem modo dixit Ier. 13. de verb. Apostoli. exponens illud ad Roman. 8. *Quotquot spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei*. addendo, non litera, sed spiritu, non lege præ-

Fr. Suarez de Gratia Pars II.

At verò gratia physicè adiuuans ex alio capite necessaria est, & ideo aliter ad opera supernaturalis ordinis, aliter verò ad naturalia requiritur. Est verò causa physicè adiuuans illa, quæ realiter & per se efficiat aliquid per propriam, & realem actionem influendo in terminum productum: cum autem operatio humana sit effectus realis, & in suo esse sit quædam qualitas physica, id est, physicè adiuuans suam propriam entitatem, & naturam per rationem physicam, necessariò fieri debet: hæc autem actio requirit principium habens totam virtutem necessariam ad agendum, vt per se notum est. Constat autem ex dictis in libro secundo,

Axioma. Potestas nostræ naturæ non sunt completæ in ordine ad actus supernaturales. In nostris potentis naturalibus intellectus & voluntatis non esse virtutem naturalem integram, & sufficientem ad efficiendos actus studiosos supernaturalis ordinis, qui sunt in sua entitate supernaturales; ergo saltem ad hos actus omnino necessaria est gratia physicè adiuuans. Vnde licet de hac gratia non tam clarè Augustinus, & alij Patres loquantur: nihilominus quoad hanc partem certa est, quàm est certum Deum dare nobis virtutes per se infusas, quibus hos actus etiam per se, & physicè efficere valeamus. Nam ex dicto principio sequitur necessariam esse gratiam specialem physicè adiuuantem potentiam, quæ est principium proximum talium actuum, quia ex natura sua caret virtute saltem completa ad illos efficiendos, ideoque illi adduntur virtutes per se infusæ, quæ defectum illum suppleant, & vbi illæ defuerint, necessarium erit vt earum actiuitas supernaturalis aliunde suppleatur. Et declaratur hoc amplius, nam sicut isti actus in entitate sua supernaturales sunt, ita dicuntur essentialiter dependentiam ab aliquo principio proximo supernaturali, à quo per influxum etiam supernaturalem immediatè, ac per se præcedant; ergo ad illos est necessaria gratia physicè adiuuans, quæ fit etiam ordinis supernaturalis.

6. Probat eadem necessitas ex Scriptura & Concilio Tridentino. Quomodo enim Concilium Tridentinum dicit liberum arbitrium à Deo excitatum, & motum quando supernaturalem præbet concursus verè aliquod agere, non tantum docet agere moraliter, sed etiam physicè & per se, quia in ipso actu elicito à libero arbitrio non potest efficiencia moralis à physica separari, imò illam necessariò supponit, & addit indifferentiam: sed in hac ipsa actione docet liberum arbitrium cooperari cum Deo, & consequenter Deum cooperari, seu coagere cum libero arbitrio; ergo intelligit, Deum etiam ibi physicè agere cum voluntate vel per se, vel per aliquam gratiam, quam infundit. Vnde optimè, & cum omni proprietate de hoc etiam genere gratiæ intelligimus locutiones Scripturæ, quæ necessitatem cooperationis Dei ad nostra opera inducant, vt illud. Ioan. 15. lib. contra duas epistolas Pelag. cap. 9. *Quamuis nisi adiuuante illo, sine quo nihil possumus facere, os non possumus aperire, tamen nos aperimus illius adiumento, & opere nostro.* Vnde paulo inferius ponderans illud Exodi 4. *Ego aperiam os tuum, & instruum* (inquit,) *vt utrumque ad Dominum; quare hoc? nisi quia in vno utrumque cooperatur homini facienti, alterum solum facit.* Vnde infert illam generalem sententiam in Concilio Araucano can. 26. *confermatam, Multa facit Deus in homine bona, quæ non facit homo; nulla verò facit homo, quæ non facit Deus.* Similiter hoc confirmat illud prima ad Corinth. 3. *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* Et illud ad Philippum primum. *Qui cepit in vobis bonum opus, perficiet.* nam hæc & similia verba propriè sumpta

August.

1. Cor. 3. 7.

Philipp. 1.

significat propriam efficaciam Dei inchoantis, facientis, & agentis bona opera nostra. Item significant impotentiam nostram ad faciendum hæc opera sine Deo; ergo sicut ex parte nostra efficientia propria est, & physica, ita etiam multo magis ac principalis ex parte Dei. Et hoc etiam in proprietate significat verbum *cooperandi* & *cooperati*, quod & nobis tribuitur respectu Dei, & Deo respectu nostri, vt infra videbimus tractando de gratia operante, & cooperante; ergo ex vtraque parte vera cooperatio, & effectio per se, ac physica. Imò videtur per antonomasiam fides dicitur specialiter opus Dei, perantonomasiam quia ipsa principaliter in omni genere illud operatur, vt vbi Augustinus notat, & ob eandem rationem dicuntur hi actus infusi à Deo, nam quod Paulus ait ad Rom. 3. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris*, non minus de actu, quàm de habitu verum est, vt sæpe in superioribus est dictum, & sentit Augustinus de spir. & liter. cap. 32. infusio autem propriam, & physicam effectiorem aperitissimè significat. Denique confirmat hoc Augustinus dicto cap. 9. contra duas epistolas Pelag. ex illo 1. Ioan. 4. *Charitas ex Deo est, vtique vt à principio auctore, & causa per se, ac principali eius; & subiungit Augustinus, Neque inquit eius ex nobis, & perfectio eius ex Deo, sed si charitas ex Deo, tota nobis ex Deo est.* Ita enim nos concludere possumus, si habitus charitatis ex Deo, etiam actus charitatis ex Deo est verè & physicè, eademque ratio est de ceteris actibus supernaturalibus: sunt autem ex Deo media gratia adiuuante; est ergo necessaria ad hos actus gratia physicè adiuuans.

Hæc autem quæ de gratia physicè adiuuante ad actus supernaturales diximus, non eodem modo locum habent in actibus virtutum acquisitarum. Nam cum illi sint in substantia naturales, & per actionem ordinis naturalis fiant, nihil in physico principio, seu in speciali influxu proximo superius ordinem naturæ ex parte Dei requirunt. Et ratio est, quia isti actus sunt proportionati viribus naturalibus voluntatis, & intellectus. Vnde in his potentis sunt integræ vires per se requiritæ ex parte principij proximi, principalis talis actuum; ergo ad illos non est necessaria, per se loquendo, gratia physicè adiuuans potentiam per modum principij proximi. Vnde in hoc est notanda differentia inter gratiam moraliter, vel physicè adiuuantem: nam prior ad hos actus necessaria est, non verò posterior. Est autem ratio differentie, quia gratia adiuuans non est necessaria ad hos actus per se, & ex natura potentie, sed per accidens, & lapsu humanæ nature, & ex impedimentis ad bene operandum inde subortis, contra quæ gratia moraliter adiuuans necessaria est, vt paulo ante explicuimus. Augmentum autem virtutis per se actui ipsius potentie, non sunt per peccatum diminuta, vt supra l. 1. latè probatum est. Et hoc optimè declarat innocentie statutus, in quo nec physicè gratia adiuuans erat necessaria ad hos actus, quia potentia in se erat eadem, quæ nunc est, nec moraliter iuuans, quia tunc non erant impedimenta lapsæ nature.

Dixi autem ad hos actus non requiri gratiam physicè adiuuantem supernaturalis ordinis, quia eo modo, quo isti actus possunt fieri, & sæpe fiunt ex aliquo auxilio gratiæ naturalis ordinis, ita etiā auxiliu adiuuans, quod ad illos datur, vel dari potest, gratis, & absque naturali debito collatum reputari potest, & ita appellari gratia eiusdem ordinis. Hoc patet à simili de concursu ipso generali: nam licet hic debeat potestati ad actus sibi connaturales suppositis aliis prærequisitis ad agendum: tamen quando Deus speciali modo, & auxilio non debito voluntati, verbi gratia, præparat illam cum omnibus prærequisitis, vt conuenienter operetur, tunc ille concursus non est debitus nature. Et tamen,

men, ut probabilior fere opinio, habitus acquisitus physice adiuuat potentiam, & augeat virtutem agentis, non per intentionem, sed per multiplicationem virtutis: erit ergo illa gratia physica adiuuans. Idemque potest facere Deus per motionem aliquam, vel influxum physicum maiorem, quam tali actui, vel potentiae ex natura rei debeatur. Hoc autem genus auxilij, licet possibile sit, non est necessarium, ut dixi, imò rarum, & extraordinarium esse censéo. Occurrebat autem hic opinio, quae ad hos etiam actus requirit gratiam efficacem physice praedeterminantem, quae si datur, sine dubio physice adiuuat. Illa vero opinio coincidit cum alia Gregorij, quam supra lib. 1. impugnauimus, & generatim de omnibus actibus tractanda est in lib. 5. & in discursu huius aliquid attingemus, dicendo de diuino concursu, & ideo necesse non est in praesenti circa illam amplius immorari.

Ex dictis igitur satis declarata manet diuisio potestatis de gratia physice, vel moraliter adiuuante, quae ad principium adiuuans, & ad ipsum actuale auxilium applicari potest. Proprius tamen videtur utrumque membrum in principio adiuuante inueniri, nam habitus per se infusus, ut diximus, physice adiuuat potentiam ad actum supernaturalem eligendum, & quando deest habitus, aliquod aliud principium necessarium est, quod physicam eius actiuitatem suppleat. Actualis vero influxus in supernaturalem actum, prout a tali principio procedit per se, ac physice, & realis est, ac proinde est etiam actualis gratia physice adiuuans: hoc ergo genus adiutorij tam habituali gratia, quam actuali auxilio cooperanti proprie conuenit: ut verò adiutorij morale neque habitui, neque actuali influxui videtur conuenire: imò si quis recte consideret quod ad probandum hoc adiutorium morale adduximus, magis videtur ad excitantem gratiam, quam ad adiuuantem pertinere: nam ipsemet motus gratiae excitantis quatenus formaliter afficit potentiam, moraliter confert illam, & nullum alium influxum quasi effectuum habere videtur. quae obiectio petit, ut amplius explicemus discrimen inter gratiam excitantem, & actum adiuuantem, quod in sequentibus capitulis commodius faciemus.

beneficium gratiae. Nunc verò vterius dicimus id quod addit actualis gratia adiuuans ultra excitantem esse aliquid realiter distinctum ab illa. Probatur, quia gratia adiuuans addit realem influxum in consensum deliberatum voluntatis, vel assensum supernaturalem intellectus: hic autem influxus realiter distinguitur ab actu gratiae excitantis, ergo actualis gratia adiuuans addit rem distinctam ab excitante. Maior satis declarata est in capite praecedenti. Minor autem per se clara est, quia motus gratiae excitantis, & actus deliberatus voluntatis, vel intellectus, realiter inter se distinguitur, ut per se notum est: sed hic influxus gratiae adiuuantis est idem realiter cum actu deliberato, quia nihil est aliud quam actio eius, prout ab aliquo supernaturali principio procedit, ergo distinguitur realiter à motu gratiae excitantis. Quae ratio adeò clara est, ut in hoc puncto nulla videatur esse dissensio inter Theologos quae ad rem pertineat. Ut autem etiam in modo loquendi auferatur, aduertenda est distinctio quam supra posui de gratia adiutrice in actu secundo, nam haec duo membra licet propriissimè reperiuntur in adiutorio physico, etià in morali possunt conuenienter distingui. Gratia ergo excitans per se spectata est moraliter adiutrix, & citra hoc probant omnia adducta capite praecedenti in se spectata est moraliter adiutrix. Et hoc modo verum est, denominationem hanc adiutricis gratiae nihil addere gratiae excitanti, sed esse eandem sub alio respectu conceptam. Nam sicut in physicis eadem forma, verbi gratia, calor, est dispositio quatenus formaliter afficit subiectum, & est quasi potentia actiua, quatenus est principium proximum calefaciendi, ita seruata proportionem motus gratiae est excitans, prout est actus quidam formaliter afficiens mentem, quatenus verò de se potest inuare ad consensum, habet rationem principij efficientis, saltem moraliter, & ut sic vocatur adiutrix gratia.

aliquid realiter distinctum ultra excitantem.

Notandum circa modum loquendi.

Gratia excitans per se spectata est moraliter adiutrix, & citra hoc probant omnia adducta capite praecedenti in se spectata est moraliter adiutrix.

CAPVT XVI.

Quibus modis differat actualis influxus gratiae adiuvantis ab excitante gratia.

Nonnulli auctores absolute docent, gratiam excitantem non res, sed ratione distingui ab adiuuante: nam eadem prout formaliter afficit potentiam illuminando, vel actu inclinando illam, dicitur excitans, prout verò obtinet à voluntate consensum, dicitur adiuuans. Vnde quatenus excitans est, separari potest à consensu, & esse prior tempore illo, quatenus verò habet subsequenter consensum, & est aliquo modo actualis causa illius, simul denominatur adiuuans, quae videtur tantum distinctio rationis, vel cuiusdam habitudinis. Et hoc suadet testimonio Concil. Trid. supra tractato, quia videtur de his gratis tanquam de vna loqui. Et similiter Augustinus, ut infra videbimus de gratia operante, & cooperante, tanquam de vna loqui solet: illae autem cum excitante, & adiuuante coincidunt, ut ibidem dicemus.

Nihilominus iam in cap. 13. ostensum est negari non posse quin adiuuans gratia distinguatur ab excitante: addens vltra illam nouum auxilium, &

Neque obstat quod gratia excitans in sua entitate sit actus secundus, nam hoc habet quatenus est forma intellectum, vel voluntatem formaliter afficiens, nihilominus tamen respectu alterius actus potest cooperari, ut principium efficiens in actu primo, quando illum actu non efficit. Sic ergo gratia excitans quando non obtinet consensum, dicitur gratia adiutrix, & ita in re sunt idem, ut dixi. Adiuuans autem non denominatur in suo genere, seu in suo modo adiuuandi, nisi quando voluntas gratia adiuactu consentit: quia, ut cap. 13. ostensum est, gratia non est adiuuans nisi aliquid efficiat is, qui iuuatur: cum autem adiutorium hoc sit morale, ut diximus, necesse est, ut homo moraliter consentiat, quando per gratiam excitantem actu iuuatur. Tunc autem verè, & propriè denominari potest gratia adiuuans moraliter, quia sicut prius tempore, vel est gratia naturae, quam voluntas consentiat, haec gratia excitat hominem ad talem actum, ita etiam in ipso actuali consensu moraliter iuuat ad praestandum illum, vel ad perseverandum in illo, ad eum modum quo vnus homo exhortando iuuat alium, prout loquitur Paulus 2. ad Corinth. 6. *Adiuuantes exhortamur*, &c. Talis autem denominatio adiuuantis respectu gratiae excitantis, est quasi extrinseca proveniens ab illa merita actione, qua fit consensus, seu deliberatus actus voluntatis, vel intellectus, nam sicut agens sic denominatur ab actione, ita etiam haec gratia denominatur actu adiuuans ab actione ab illa suo modo prodeunte. Neque obstat quod illa actio vel influxus, quo fit actus deliberatus in se fit physicus, & realis influxus, nam praecise spectatus, ut est à gratia excitante, sicutantem est ab illa moraliter, & ita induit rationem moralis causalitatis sicut adiuuans. denominat suum principium moraliter iuuans.

Quando non obtinet consensum, dicitur gratia adiutrix.

Quando obtinet consensum, sum pro denominari potest gratia moraliter adiuuans.

2. Cor. 6. 1.

Gratia excitans denominatur ab actione, & consensus dicitur adiuuans.